

**ACERCA DEL USUFRUCTO**  
**LIBRO SÉPTIMO DEL DIGESTO DE JUSTINIANO**

Textos latino y español

## VI

### SI USUS FRUCTUS PETETUR VEL AD ALIUM PERTINERE NEGETUR<sup>36</sup>

**1** *ULPIANUS libro octavo decimo ad Sabinum* Si fundo fructuario servitus debeat, Marcellus libro octavo apud Iulianum Labeonis et Nervae sententiam probat existimantium servitutem quidem eum vindicare non posse, verum usum fructum vindicatum ac per hoc vicinum, si non patiat eum ire et agere, teneri ei, quasi non patiat uti frui. **1** Usus fructus legatus adimiculis eget, sine quibus uti frui quis non potest: et ideo si usus fructus legetur, necesse est tamen ut sequatur eum aditus, usque adeo, ut, si quis usum fructum loci leget ita, ne heres cogatur viam praestare, inutiliter hoc adiectum videatur: item si usu fructu legato iter ademptum sit, inutilis est ademptio, quia semper sequitur usum fructum. **2** Sed si usus fructus sit legatus, ad quem aditus non est per hereditarium fundum, ex testamento utique agendo fructuarius consequetur, ut cum aditu sibi praestetur usus fructus. **3** Utrum autem aditus tantum et iter an vero et via debeat fructuario legato ei usu fructu, Pomponius libro quinto dubitat: et recte putat, prout usus fructus perceptio desiderat, hoc ei praes-

<sup>36</sup> A la masa sabiniana pertenecen los párrafos 1-4 y a la masa edictal los párrafos 5 y 6.

## VI

### SI SE RECLAMARA EL USUFRUCTO O SE NEGARA QUE PERTENECE A OTRO

**1** *ULPIANO en el libro décimo octavo A Sabino* Si una servidumbre se debe a un fundo en usufructo, Marcelo, en el libro octavo *A Juliano*, aprueba la sentencia de Labeón y de Nerva, quienes opinan que ciertamente ése<sup>113</sup> no puede vindicar la servidumbre, sino que habrá de vindicar el usufructo, y por eso que si un vecino no permitiera que pasara él ni su ganado,<sup>114</sup> responde ante él, como si no le permitiera usar y disfrutar. **1** El legado de usufructo requiere de adminículos, sin los cuales nadie puede usar y disfrutar; y por eso si se lega un usufructo, es necesario sin embargo que le siga el acceso, hasta el punto en que si alguien lega el usufructo de un lugar, de modo que el heredero no esté obligado a poner a la disposición el derecho de vía, este añadido parece inútil. Igualmente, si, legado el usufructo, se hubiera quitado el derecho de paso, es inútil la privación, porque siempre sigue al usufructo. **2** Pero si se legara un usufructo, al que no hay acceso a través del fundo hereditario, ciertamente reclamando de acuerdo a los términos del testamento, el usufructuario conseguirá que se le ponga a disposición el usufructo con un acceso. **3** Pero Pomponio, en el libro quinto, duda si se deberá al usufructuario, una vez legado el usufructo a él, sólo el acceso y el derecho de paso, o también el derecho de vía. Y piensa rectamente que, según lo que la percepción del usufructo reclame, eso se le ha de

<sup>113</sup> Es decir, el usufructuario.

<sup>114</sup> Las palabras *ire* y *agere* se refieren a las servidumbres de *iter* y de *actus*.

tandum. **4** Sed an et alias utilitates et servitutes ei heres praestare debeat, puta luminum et aquarum, an vero non? et puto eas solas praestare compellendum, sine quibus omnino uti non potest: sed si cum aliquo incommodo utatur, no esse praestandas.

**2** *POMPONIUS libro quinto ad Sabinum* Si ab herede ex testamento fundi usus fructus petitus sit, qui arbores deiecisset aut aedificium demolitus esset aut aliquo modo deteriorem usum fructum fecisset aut servitutes imponendo aut vicinorum praedia liberando, ad iudicis religionem pertinet, ut inspiciat, qualis ante iudicium acceptum fundus fuerit, ut usufructuario hoc quod interest ab eo servetur.

**3** *IULIANUS libro septimo digestorum* Qui usum fructum traditum sibi ex causa fideicommissi desiit in usu habere tanto tempore, quanto, si legitime eius factus esset, amissurus eum fuerit, actionem ad restituendum eum habere non debet: est enim absurdum plus iuris habere eos, qui possessionem dumtaxat usus fructus, non etiam dominium adepti sint.

**4** *IDEM libro trigensimo quinto digestorum* Fundus detracto usu fructu legatus est Titio et eiusdem fundi usus fructus Sempronio sub condicione: dixi interim cum proprietate usum fructum esse, licet placeat, cum detracto usu fructu fundus legatur, apud heredem usum fructum esse: quia pater familias cum detracto usu fructu fundum legat et alii usum fructum sub condicione, non hoc agit, ut apud heredem usus fructus remaneat.

**5** *ULPIANUS libro septimo decimo ad edictum* Uti frui ius sibi esse solus potest intendere, qui habet usum fructum, dominus autem fundi non potest, quia qui habet proprietatem, utendi fruendi

poner a disposición. **4** ¿Pero acaso el heredero debe o no debe poner a su disposición también otras utilidades y servidumbres, como por ejemplo de luces y aguas? Y pienso que ha de ser compelido a poner a su disposición sólo esas, sin la cuales de ningún modo puede usar; pero si usara con alguna incomodidad, no ha de ponerlas a su disposición.

**2 POMPONIO en el libro quinto A Sabino** Si de acuerdo a los términos del testamento se reclamara el usufructo de un fundo al heredero, el cual hubiera derribado árboles, o hubiera demolido un edificio, o hubiera deteriorado de algún modo el usufructo, ya imponiendo servidumbres, ya liberando los predios de los vecinos, pertenece a la atención del juez que investigue qué fundo existía antes de aceptado el juicio, para que él conserve al usufructuario lo que le interesa.

**3 JULIANO en el libro séptimo De los digestos** El que dejó de tener en uso un usufructo entregado a sí a causa de un fideicomiso, durante un tiempo tan largo que, si lo hubiera hecho suyo legítimamente lo habría perdido, no debe tener acción para restituirlo, pues es absurdo que tengan más derechos aquellos que solamente hayan adquirido la posesión de usufructo, y no el dominio.

**4 EL MISMO en el libro trigésimo quinto De los digestos** Se legó un fundo, quitado el usufructo, a Ticio, y a Sempronio se legó el usufructo de ese fundo bajo condición. Dije que entretanto,<sup>115</sup> el usufructo está con la propiedad, aunque se considere que cuando se lega un fundo, quitado el usufructo, el usufructo esté con el heredero, porque cuando el padre de familia lega un fundo, quitado el usufructo, y a otro lega el usufructo bajo condición, no hace esto para que el usufructo permanezca con el heredero.

**5 ULPIANO en el libro décimo séptimo Al edicto** Sólo el que tiene el usufructo puede pretender que tiene el derecho de usar y disfrutar, pero el dueño del fundo no puede, porque el que tiene

<sup>115</sup> Es decir, entretanto se cumpla la condición.

la propiedad no tiene por separado el derecho de usar y disfrutar, pues su fundo no puede tener servidumbre para él,<sup>116</sup> pues conviene que cada uno demande acerca de su derecho, no acerca de un derecho ajeno. Pues aunque compete al dueño contra el usufructuario la acción negatoria,<sup>117</sup> sin embargo, parece que demanda más acerca de su derecho que del ajeno cuando afirma que el usufructuario no tiene el derecho de usar contra su voluntad, o que él tiene el derecho de prohibir. Y si casualmente el que demanda no fuera el dueño de la propiedad, aunque el usufructuario no tenga el derecho de usar, sin embargo, vencerá según el derecho por el cual los poseedores son los mejores, aunque no tengan ningún derecho. **1** Pero se pregunta si compete al usufructuario la acción real<sup>118</sup> sólo contra el dueño o también contra cualquier poseedor. Y Juliano, en el libro séptimo *De los digestos*, escribe que le compete esta acción contra cualquier poseedor, pues también si se debe una servidumbre a un fundo en usufructo, el usufructuario debe vindicar contra el dueño del fundo vecino no la servidumbre, sino el usufructo. **2** Si se constituyera el usufructo de una parte del fundo, puede demandarse acerca de ese usufructo con una acción real, ya sea que alguien vindique el usufructo, ya sea que lo niegue a otro. **3** Pero en estas acciones, las cuales se demandan respecto del usufructo, es más que manifiesto que también caben los frutos. **4** Si después de la litiscontestación acerca de un usufructo se hubiera terminado el usufructo, ¿acaso dejarían de deberse los frutos posteriores? Y pienso que dejan de deberse, pues Pomponio, en el libro cuadragésimo, escribe que aunque hubiera muerto el usufructuario, se ha de dar a su heredero la acción sólo de los frutos anteriores. **4a** Toda la causa se ha de restituir al usufructuario que

<sup>116</sup> Es decir, para el mismo fundo.

<sup>117</sup> La acción negatoria es una acción real concedida al dueño del fundo contra el usufructuario, con la que el dueño puede negar el pretendido derecho del usufructuario.

<sup>118</sup> Se trata de la *vindicatio usus fructus*.

ius separatum non habet: <nec enim potest ei suus fundus servire>; de suo enim, non de alieno iure quemque agere oportet. quamquam enim actio negativa domino competat adversus fructuarium, magis tamen de suo iure agere videtur quam alieno, cum invito se negat ius esse utendi fructuario vel sibi ius esse prohibendi. quod si forte qui agit dominus proprietatis non sit, quamvis fructuarius ius utendi non habet, vincet tamen iure, quo possessores sunt potiores, licet nullum ius habeant. **1** Utrum autem adversus dominum dumtaxat in rem actio usufructuario competat an etiam adversus quemvis possessorem, quaeritur. et Iulianus libro septimo digestorum scribit hanc actionem adversus quemvis possessorem ei competere: nam et si fundo fructuario servitus debeat, fructuarius non servitatem, sed usum fructum vindicare debet adversus vicini fundi dominum. **2** Si partis fundi usus fructus constituatur, potest de eo in rem agi, sive vindicet quis usum fructum sive alii neget. **3** In his autem actionibus, quae de usu fructu aguntur, etiam fructus venire plus quam manifestum est. **4** Si post litem de usu fructu contestatam fuerit finitus usus fructus, an ulterius fructus desinant deberi? et puto desinere: nam etsi mortuus fuerit fructuarius, heredi eius actionem praeteritorum dumtaxat fructuum dandam Pomponius libro quadragensimo scribit. **4a** Fructuario qui vicit omnis causa restituen-

da est: et ideo si servi fuerit usus fructus legatus, quidquid ex re fructuarii vel ex operis suis consecutus est, possessor debet restituere. **5** Sed et si forte tempore usus fructus amissus est alio quidem possidente, alio autem liti se offerente, non sufficit eum usum fructum iterum renovare, verum cavere quoque eum de evictione usus fructus oportet: quid enim si servum aut fundum is qui possidebat pignori dedit isque ab eo qui pignori accepit iure uti prohibetur? debet itaque habere cautum. **6** Sicut fructuario in rem confessoriam agenti fructus praestandi sunt, ita et proprietatis domino, si negatoria actione utatur: sed in omnibus ita demum, si non sit possessor qui agat (nam et possessori competunt): quod si possident, nihil fructuum nomine consequentur. quid ergo officium erit iudicis quam hoc, ut securus consequatur fructuarius fruendi licentiam, proprietatis dominus, ne inquietetur?

**6** *PAULUS libro vicensimo primo ad edictum* Qui de usu fructu iudicium accepit, si desierit possidere sine dolo, absolvetur: quod si liti se obtulit et quasi possessor actionem de usus fructu accepit, damnabitur.



vence, y por eso si se legara el usufructo de un esclavo, todo lo que el esclavo consiguió a partir de la cosa del usufructuario o de sus obras, el poseedor lo deberá restituir. **5** Pero también si casualmente, por tiempo, se perdió el usufructo, poseyendo ciertamente uno, pero ofreciéndose para el litigio otro,<sup>119</sup> no es suficiente que éste renueve otra vez el usufructo, sino conviene que garantice también acerca de la evicción del usufructo. ¿Pues qué sucede si el que poseía dio en prenda el esclavo o el fundo, y aquel que aceptó de aquél en prenda, le prohíbe usar de su derecho? Deberá pues tener caución. **6** Así como han de darse los frutos al usufructuario que demanda con la acción real confesoria,<sup>120</sup> así también al dueño de la propiedad si usa la acción negatoria. Pero sólo así en todas las acciones: si no fuera poseedor el que demanda (pues también esas acciones competen al poseedor), porque si poseen no conseguirán nada en nombre de los frutos. ¿Cuál será, por lo tanto, el oficio del juez sino esto, que el usufructuario consiga licencia de disfrutar con seguridad, y que el dueño de la propiedad no se inquiete?

**6 PAULO en el libro vigésimo primero Al edicto** El que aceptó un juicio acerca de un usufructo, si dejara de poseer sin dolo, será absuelto, y si se ofreció para el litigio y aceptó la acción acerca del usufructo como poseedor, será condenado.

119 Se ofreció como poseedor, es decir, fingiéndose poseedor.

120 Esta acción es la *vindicatio usus fructus*, que Justiniano llama *confesoria*.